

## Τοίτο Μάθημα

magnus	magni	tener	teneri	habeo	habebam	habebo
magni	magnorum	teneri	tenerorum	habes	habebas	habebis
magno	magnis	tenero	teneris	habet	habebat	habebit
magnum	magnos	tenerum	teneros	habemus	habebamus	habebimus
magne	magni	tener	teneri	habetis	habebatis	habebitis
magno	magnis	tenero	teneris	habent	habebant	habebunt
habui	habueram	habuero	ero	fueram	fueron	fueron
habuisti	habueras	habueris	eris	fueras	fueris	fueris
habuit	habuerat	habuerit	erit	fuerat	fuerit	fuerit
habuimus	habueramus	habuerimus	erimus	fueramus	fuerimus	fuerimus
habuistis	habueratis	habueritis	eritis	fueratis	fueritis	fueritis
habuerunt	habuerant	habuerint	erunt	fuerant	fuerint	fuerint

- 1) Agrorum penuria coloni patriam relinquebant et colonias in Asia condebant.
- 2) Surge, dilecte puer.
- 3) Socer laudabit generi prudentiam industriamque.
- 4) Fabri faciunt non solum cultros sed etiam clipeos.
- 5) In Etruriae silvis apri lupique latebras habebant.
- 6) In Aegypto Nilus aqua limoque agros inundabat.
- 7) Vulcanus, deus fabrorum, in Aetna officinam habebat.
- 8) Alexandri copiae Persas profligant, claros populus subigunt et magnas divitias capiunt.

Pyrrhus Epirotarum rex, cum ingenti exercitu in Italiam venit Romanosque apud Heracleam et Asculum profligavit. At Romani forti animo clades toleraverunt et statim novos peditatus et equitatus paraverunt. Tum Pyrrhus per Cineam legatum pacem aequis condicionibus Romanorum senatu proposuit. Iam senatus sententiam ad pacem inclinabat, cum Appius Claudius, senex et caecus in curia gravi oratione pacem dissuasit. Itaque senatus Pyrrho respondit: «Nulla pax erit inter Romanos et Epirotas», statimque contra hostes Curium Dentatum cum novo exercitu misit. Dux Romanorum apud Beneventum copias Pyrrhi profligavit.